



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

Puente, Luis de la

Coloniae, Anno M.DC.XII.

Med. 24. De ijs quæ fecit die sexta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38214)

MEDITATIO XXIV.

DE IIS, QUAE DEVS FECIT
die sexta.

PVNCTVM I.



DIXIT a quoque Deus, pro-
ducat terra animam viuen-
tem in genere suo, iumenta
& reptilia, & bestias terra,
secundum species suas; & fa-
ctum est ita, &c.

a Gen. 1.24.
S. Thom. 1.
p. 72.

I.
Animalia
terrestria.

PRIMO est considerandum, quod DEVS
Dominus noster voluerit, die sexto ornare
terram habitatoribus; animalibus scilicet va-
riarum specierum iumentis, serpentibus, &
ceteris bestiis; in quo suam Omnipotentiam pa-
tescit, faciens in momento tantam multitu-
dinem animalium in diuersis orbis partibus;
& in vnaquaque ea, quae ibi possent conser-
uari, praebente terra materiam, ex qua illa fie-
rent, & obediens absque resistantia imperio
diuino. Ex qua consideratione eos affectus
concipiam, qui supra sunt indicati.

II.

POST haec perpendam multitudinem &
varietatem animalium, quae Deus creauit, &
scriptura hic reducit ad tria genera; quaedam
enim appellat iumenta, domestica scilicet
animalia propterea sic dicta, quod hominem
adiuuent: alia, quae serpunt per terram, quae
gene-

XIII.
uid debeat
sed & ipsa
aues; & ge-
tamen, sic-
a, animabo
huius vitz;
sicut Deus
itarum re-
emisse gra-
m. O Crea-
die quinto,
vz has duas
tentationem
die conce-
& contem-
ndam & su-
cordia ob-
laudem
r-

MED

generali nomine reptilia aut serpentina vocamus; alia denique vocat bestias, quæ sunt filuestria siue feræ. Et in singulis his generibus, varias fecit species, cum stupendis figuris, proprietatibus, & naturalibus inclinationibus; quibus omnibus admiranda providentiâ prospicit de alimentis convenientibus, tribuens unicuique apta instrumenta ad illud sibi procurandum. Et simul dat arma offensiva & defensiva, & astutias magnas, ut se ab alijs tueantur, & alia inuadant, ut sic assequantur quod quærunt. De quibus omnibus gloriatur Deus, loquens cum Iob, referens illi in quatuor capitibus stupendas proprietates, quas dedit his animalibus; & providentiam, quam de omnibus habet: propter quæ omnia gratias illi agam; confidens, quod quæ talem habet circa animalia providentiâ, multo maiorem sit habiturus circa homines, ut postea dicemus.

III.

TERTIÒ perpendam magnum beneficium, quo nos DEVS affecit, dum hæc animalia creavit: nam quædam nos nutrant delicatè suis carnibus, alia lana sua vestiunt; alia ex corio suo præbent calceamenta, vermes etiam sericum conficiunt, quo nos ornamus: alia iuuant nos in itinere, alia portant onera; alia custodiunt nos in domos & nos ipsos; alia nos recreant, & liberalitate etiam nobis adferunt honorem: alia seruiunt nobis in pace & in bello; alia nos docent suas astutias & sagacitates; ipsa etiam

*A cap. 38.
vsque ad
41.*

iam formica est pigrorum Magistra, ad quam
 eos mittit Spiritus sanctus dicens: *b Vade ad b Prou. 6.6.*
ad formicam & piger, & considera vias eius, &
disce sapientiam. Denique tot sunt commo-
 da ex his animalibus, vt numerari non pos-
 sint: sed quoniam illa quotidie experimur,
 toties deberemus Deum laudare, & infinitas
 creatori gratias agere, duplici nomine; tum
 propter bonum quod ipsis creaturis confert,
 etiam non agnoscentibus authorem, à quo il-
 lud accipiunt; quorum ignorantiam ego mea
 scientia & cognitione supplens, gratias pro
 illis, agere debeo: tum propter bonum,
 quod mihi per eadem animalia confert: si-
 quidem quidquid illa habent, est in meum
 vtilium, & plus mihi seruit quam ipsis. O DEVS
 liberalissime, qui tot nobis dedisti subsidia
 ad hanc vitam commodè transigendam; ad
 tuam nos tua gratia, vt ita transeamus per
 hæc bona temporalia, vt non amittamus æter-
 na, Amen.

PUNCTVM II.

DEINDE considerandum, quòd aspi-
 ciens Deus hoc opus suum, *viderit esse*
bonū, & approbauerit tria genera ani-
maliū, quæ condiderat, non solum domestica
& cicura, sed etiam serpentes & feras; quæ uis &
serpentes sint venenatæ, & feræ magna saepe
dana hominibus adferat, ob rationes superius
 infi.

*Medit. 21.
punct. 5.*

insinuatas; nominatim verò quòd prouidètia Diuina, voluerit hic suam misericordiam & iustitiam simul manifestare. *Misericordiam* quidem, quia feras & serpentes ita subiecit homini, vt, si ipse non peccasset, non potuissent illi nocere: *Iustitiam* verò, quia eisdem post peccatum, tanquam instrumentum adhibet Deus ad corrigendum peccantem, vt se emendet; & nisi voluerit, castigetur propter peccatum: item etiam propterea illas fecit, vt iusti Deum glorificent, attendentes, se à Dei prouidentia ita protegi, vt huiusmodi animalia ipsos non lædant, nisi cùm, ad maius ipsorum bonum, Deus id permittit; quod Sapiens perpendit dicēs: *a Creatura tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos: & lenior sit ad benefaciendū pro his, qui in te confidunt.* O Deus eterne, cuius prouidentia omnes creatura deseruiunt omnium nutritrici gratia tua, & obediunt tuis præceptis, ad conseruationem tuorum electorum; suscipe me sub tuam protectionem; & adiuua, vt ego tibi seruiam & obediam; cùm enim tuæ creaturæ ad eò promptè obediunt tuæ voluntati, nullæ mihi nocebunt, si ego eidem me totum subiecero.

*a Sap. 16.
24. 25.*

II.

DEINDE perpendendum, quod eadem animalia, etiam appellentur bona, eò quòd occasione sint nobis exercendi virtutes, & fugiendi vitia excitent que tam mei timorem, quam de eius misericordia fiduciam; quæ suis quoque naturalibus propensionibus nos monent eo-

rum,

rum, quæ facere debeamus. Et ita Christus Dominus noster dixit: *b estote prudentes sicut serpentes.* Ex quo discam modum quendam, fructum capiendi ex his creaturis in Meditatione. est enim in illis aliquid boni & vtile, quod imitari possimus ex ea parte, quâ illæ in suo genere sunt perfectæ; est tamen in eisdem aliquid imperfectum & fugiam^{us}; ex ea parte, qua cum hominibus cõparatæ, sunt imperfectæ. A Iumento discã subiectionem & obedientiã ad Deũ, & ad onus legis eius, cum proprii iudicii resignatione, dicens cum Dauide; *c vt iumentum factus sum aquid te; sed non imitabor eius ignorantiam & rudicatem, ne illud de me dicatur, h homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* O Deus æterne, ne pariaris homines rationis capaces, fieri e sicut equum & mulum quibus non est intellectus; re-frena illorum passiones freno sancti tui timoris, vt seruantes hominum dignitatem, imitentur bonum, quod tu in his bestiis posuisti; & non sequantur malum aut imperfectum, quod in eis est, Amen.

b Matt. 10. 15.

c Psal. 72. 22.

d Psal. 48. 13. 21.

e Psal. 31. 9.

PUNCTVM III.

TERTIO consideranda est causa, cur Deus Dominus noster, non benedixerit animalibus terræ; sicut quinta die benedixerat piscibus & auibus, dicens; *crescite & multiplicamini*: neque enim id mysterio caret.

VI. Part. Med.

ε

ET

I.

ET quamuis huius rei causa fuerit, quòd hoc eodem die paulò pòst erat benedicturus homini, in quo virtute benediceret etiam his animalibus, cum quibus homo in corporea & sensitina natura, locoque habitationis conueniebat: ascendendo tamen ex hac litterali causa ad mysticam, voluit Deus noster benedictionem horum animalium, quasi suspensam esse; vt homines intelligeremus, eorum benedictionem aut maledictionem, multiplicationem aut diminutionem, depèdere à meritis hominum, quorum causa Deus illa creauerat: nam in præmium iustorum, qui fideliter ipsi seruirent, promittit benedictionem & multiplicationem animalium hominibus utilium, dicens populo Israel: *a si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias & custodias præcepta eius, benedictus erit fructus ventris tui fructus terræ tuæ, fructusq; iumentorū tuorum, greges armentorum tuorū, & caula ouium tuarum.* Contrà verò in pœnam peccatorū eiusdè populi, minatur maledictionem eorundem animalium, dicens: *b si audire nolueris vocē Domini Dei tui, vt custodias omnia mandata eius, maledictus erit fructus vētris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorū; & greges ouium tuarum, & minatur, quòd eadem illis auferentur & destruentur. & similiter minatur, se multiplicaturum aduersus eos venenata & fera animalia; quod pertinet non ad benedictionem, sed ad maledictionem hominum, & pœnam, ac supplicium eorum scelerum, propter quæ*

*a Deut. 28.
1. &c.*

*b Deut. 32.
24. & alias
sæpè.*

ser.

serpentes multiplicantur, locustæ, leones, & alia bestia, vt constat ex plagis Aegypti, & aliis pœnis ac suppliciis, quæ refert Scriptura. Ex quibus concipiam desideria feruentia, tali Domino seruiendi, à quo tales benedictiones proueniunt; & timorem eundem offendendi; siquidem tales propter offensam inferuntur pœnæ & maledictiones. O Pater misericordissime, à quo omnes benedictiones procedunt cœli & terræ; concede fidelibus Ecclesiæ tuæ seruis, ita fideliter tibi seruire, vt sicut alter Iacob, mereantur obtinere conuenientem benedictionem bonorum temporalium, & multo copiosiore æternorum.

HINC pergam ad perpendendum, quòd bestiales nostræ carnis passiones multiplicentur & crescant, in pœnam rebellionis nostræ voluntatis contra Deum; & contra, debilitentur & minuantur in præmium subiectionis, & conformitatis nostræ voluntatis cum Diuina; ob quam eadem passiones rationi & voluntati ipsi subiiciuntur, cum quibus pacem colunt: nam in ordinem redactæ multiplicantur & crescant, ex Dei benedictione; & ipsi appetitionum sensuum affectus iuuant ipsam voluntatem, vt cor & caro, & spiritus, exultent in Deum viuum, & secundo vento nauigent in eius seruitio. O Dilecte cordis mei, opto, vt anima mea in te sitiât, & caro mea quàm multipliciter tibi & obsequio tuo. Effunde super vtramq; tuam

III.

Psal. 83. 3.

Psal. 62. 2.

t z

bene-

benedictionem, vt caro mea multiplicet affectus tibi placentes, quibus anima ipsa vtatur & iuuetur ad tibi seruiendum, magis feruenter in secula, Amen.

MEDITATIO XXV.
DE CREATIONE HOMINIS.

PUNCTVM I.

Gen. 1. 26.



IT DEVS faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & praestit piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestijs vniuersaeque terra, omniq[ue] reptili, quod mouetur in terra.

CONSIDERANDVM est primo, quod eodem die sexto, quo Deus fecit animalia terrestria, voluit etiam hominem facere. circa quod tria singularia sunt expendenda.

1.

Primum quod particulari mysterio noluerit integrum diem hominis creationi assignare, sicut formationi lucis constituit; sed eodem sexto die illum creauit, quo alia animalia terrestria, quia cum eis in parte corporis & sentiente conueniebat; vt sic fundamentum iaceret humilitatis, agnoscens vilitatem, qua hoc nomine haberet. cum enim Deus esset hominem ad magnas excellentias euecturus,

rus,